



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

V. Vis, Cultûs disparitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

firmationis; sed tantum inter Baptizantem & Baptizatum, eiisque Patrem & Matrem; item inter susceptorem & Baptizatum, & Parentem utrumque eiusdem: quod simili proportione de Confirmatione dicendum. Vide Tridentinum sess. 24. c. 2. de Reformat: Quid autem requiratur ad contrahendam hanc cognitionem, ex parte præsertim Patrinorum, lege apud Authores, qui ista ex professo tractant.

NVM: V.

*De vi intentata, vel metu, & de cultu
dispari.*

HÆc duo etiam sunt satis frequenter. Primo violentia, vel metus, si grauis sit, siue cadens in virum constantem, reddit matrimonium inualidum, modò hæ conditiones subsint: primo sit iniuste incussus: secundò, à causâ intrinsecâ liberâ: tertio, ad extorquendum vi, aut metu, consensum matrimonii: aliter non

M diri-

266 *Institutionum Pastoralium*
dirimit; sicut nec metus leuis: quo-
modo autem conditiones illæ tres ex-
placentur, fusè apud Sanch: & alios
reperies: possunt quidem parentes ex
causâ iustâ conari impedire bono mo-
do, ne proles malè Matrimonium in-
eant; non tamen possunt eas cogere
vi, aut metu: quo casu autem illicite
moras necunt, tu ne progredere in
denuntiationibus, donec inter se com-
posuerint, aut certè Episcopum con-
sule. Similiter Matrimonium inter
Baptizatum & non Baptizatum no-
valet, ob disparem cultum. Valet au-
tem inter fidelem, & personam hæ-
reticam; sed communiter est illicitum:
in Germaniæ tamen, Galliæ, Poloniæ
partibus valde infectis hæresi, vbi Ca-
tholici Hæretici sunt permixti, aliqui
putant licere Catholico hæreticam
ducere, & contrà: modò persona Ca-
tholica liberè permittratur retinere si-
dem, & in eâ prolem educare, absitq;
periculum peruersioñis. Verùm quia
hoc

hoc difficile est , ideo talia coniubia
dissuadebis , præsertim cum possint
confusiones graues ex causâ diuersas
Religionis suboriri.

NUM: VI.

*De impedimento ligaminis, & publica
honestatis.*

Ligamen h̄ic dicitur vinculum , vi-
uente adhuc personā prioris con-
jugii ; quā superstite nullum esse Ma-
trimonium cum alterā personā clarum
est. Quare incumbit tibi attendere,
præsertim circa personas ignotas , &
quæ aliquando Matrimonium iniue-
rint ; requiritur enim certitudo , sal-
tem moralis , de morte alterius con-
jugis , ex arbitrio prudentum , attentis
circumstantiis omnibus ; veriusque est
non sufficere unicum testem , et si ali-
qui putent sufficere fide dignum , si
coniunx obierit in loco distanti , neq;
haberi possint aliae probationes ; non
sufficit autem longissima absentia , nec

M 2

sola